

Band VI., Nr. 1731, Seite 131-132

Abt, Dekan, Propst und Kapitel von Reichenau gestatten der Priorin und dem Konvente des Klosters Kirchberg, Güter ihres Klosters bis zu einem gewissen Wertbetrag der Einkünfte gegen einen nach gewissen Abstufungen aufsteigenden jährlichen Wachszins zu erwerben.

Ohne Ortsangabe, 1263. Oktober 17.

Albertus, dei gratia abbas, Margwardus decanus, Fridericus prepositus totumque capitulum monasterii Augie regalis, ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, dilectis in Christo sororibus . . . priorisse ac conventui in Kirchperch, eiusdem dyocesis, eternam in dei filio caritatem. Noticiam rerum quia rodit lima dierum, necesse est, ut que natura tendunt ad interitum, literarum et testium forti amiculo fulciantur et sic ab oblivionis periculoso interitu provide defendantur. Notum igitur esse volumus universis presentibus et futuris presentes nostras literas auditoris, quod nos divine retributionis intuitu omnes et singuli unanimi consensu et omnino libera voluntate vobis ac monasterio vestro in perpetuum auctoritate plena et irrefragabili semper et firmo utpote fide digno et sufficienti presentium in omni casu testimonio ac coram subscriptis testibus liberaliter indulgemus, ut videlicet de bonis ad ius et proprietatem monasterii nostri pertinentibus, a quibuscumque personis teneantur in feodum vel in proprium, exnunc et semper deinceps libere possitis emere commutare seu etiam donatum recipere ad summam utique decem marcarum argenti in reddito annuali generaliter ubicumque. In huius autem concessionis nostre recognitionem perpetuam monasterium vestrum habitis iuxta formam prescriptam de possessionibus seu bonis nostris plene decem marcarum argenti redditibus monasterio nostro singulis annis ex conducto libram cere persolvere tenebitur et promisso. Ita quidem, quod mox habitis duarum et dimidie marcarum iuxta premissa redditibus fertonem persolvat annuatim et habito duplo duplum et habito triplo triplum et habito tandem toto X marcarum reddito integrum cere talentum vos et vestrum monasterium nobis et nostro monasterio annis singulis fideliter persolvatis. Testes horum sunt: dominus Rvmo custos de sancto Gallo, dominus Margwardus frater domini abbatis Augiensis, magister Walko canonicus Constantiensis, frater Rv. prior fratrum Predicatorum Constantiensium, fratres Vlrucus de Vberlingin et Johannes de Ravenspurch, Gervngus miles de Grvnburch, H. miles dictus Bvrzelær, Vlrucus miles de Wellinberch, Fridericus de Alminshoven senior, Cvnradius de Salwenstain et alii quam plures, qui huic facto testimonium perhibent veritatis.

II

Acta sunt hec in castro Schopphiloch, anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, sextodecimo kalendas Novembris. In horum autem omnium testimonium perpetuum et confirmationem sigilla nostra presentibus simul appendimus, quas vobis tradimus conservandas.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Die Siegel fehlen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 462 U 786

Regesten:

Chartularium Sangallense, Bd. 3, S. 512, Nr. 1714.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Allmendshofen Wohnplatz (12924)

Allmendshofen, Donaueschingen, VS

Grünburg Wohnplatz (8654)

Grünburg, Löffingen, FR

Kirchberg Wohnplatz (12729)

Kirchberg, Sulz am Neckar, RW

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Reichenau Wohnplatz (14588)

Reichenau, KN

Salenstein, Kt. Thurgau, Schweiz

Schopflocherhof Wohnplatz (14347)

Schopflocherhof, Engen, KN

IV

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz

Wellenberg, Felben-Wellhausen, Kanton Thurgau, Schweiz

Überlingen Wohnplatz (18447)

Überlingen, FN